Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

fauus distillans labia tua. Terribilis
es et quis resistet tibi. Terribilis
quidem apud reges terre auferes spi-
ritum principum notam facis humili-
tuti tua. Tu confringis cornua pe-
catorum et exaltas cornua iustorum. Illuxe-
runt coruscationes tue orbi terre. Vidit
et commota est terra. Apes inimici dulcis
soror et amica iamuas uite quas apis
mihi promisisti cum finisti cum domino mo
ut iam sit in pace locus meus et habitacio
mea in sion. Expolia me ista mortali
tunica mea. quam fero. ut induam me
uestimentis letitie. Nam mea liquefac-
ta est ut inuenire possim dilectum meum que
in mido quesiui et non inuenit
me. in hac solitudine me custodes qui circue-
unt ciuitatem percusserunt me et vulnera-
uerunt me et tulerunt pallium meum custo-
des murorum. Perussus sum et humiliat
sum nimis malorum et dolorum. Tota die
exprobrabant mihi inimici mei loquen-
tes adiuum me lingua dolosa et sermo-
nibus odii circumdantes me et expugnan-
tes me gratis. Posuerunt adiuum me
mala pro bonis et odium pro dilectione
mea. Confringe cornu. arcum. scutum. gla-
dium et bellum. Si morans iam deficit

38